,, ver apartado de èl, por lo qual ha incurrido
,, en pena de cinquenta maravedis de oro: por
,, que pido à Vmd. que habida mi relacion por
,, verdadera, en la parte que baſte, por ſu ſen-
,, tencia declare, el dicho mi hijo haver incur-
,, rido en la dicha pena, y aſsi declarado, le
,, condene, compela, y apremie à que me la
,, dè, y pague, ſobre que pido juſticia, y
,, coſtas, y el oficio de Vmd. imploro, y
,, juro, &c.

Eodem modo, *mutatis mutandis*, erit concipiendus libellus adverſus libertum in jus vocantem patronum ſine venia, &c.

EX §. TERTIO.

SUMMARIA.

1 §. *DE actione, ne in jus vocati vi, aut fraude eximantur.*

2 *Si vocatus ad jus per aliquem impediatur, ne veniat, actor adverſus impedientem jurare poteſt in litem, quanti ſua interſit vocatum non veniſſe.*

3 *Etiam ſi aliquem eximens pœnam ſolvat, exemptus ab actione non liberatur.*

4 *Si dolo tantum, & fraude quis fecerit, quominus in jus vocatus non veniat, pœnalis actio prætoria adverſus ipſum conſtituitur.*

5 *Libellus in actione contra vi, vel dolo eximentem vocatum in jus.*

§. TERTIUS.

1. *DE ACTIONE, NE IN JUS VOCATI vi, aut fraude eximantur.*

2. VOcati in jus aliquando veniunt, vel nolentes venire ducuntur per Familiam; ſed dum veniunt, aut ducuntur, eximuntur vi, vel aliter à manibus Familiæ per aliquos, adverſus quos actio pœnalis *in factum* prodita eſt à Prætore, in quantum actor *in litem* juraverit, ſua intereſſe vocatum non veniſſe; (*a*) 3. & ſi vi eximens ſolverit, ex eo non liberabit debitorem principalem exemptum. (*b*)

4. Si vero *abſque vi*, ſed ſolummodo *dolo*, vel *fraude* quis faciat, quominus in judicium vocatus non veniat, actio prætoria pœnalis *in factum* competit: (*c*) & in hoc differunt prædicti tituli, ut notat Gloſſa: (*d*) & ad hoc ut iſta actio competat, requiritur quod vi, aut dolo quis exemerit vocatum, & quod ob id citatus non veniat in jus, ut notat Miſingerius: (*e*) & libellus erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE CONTRA VI, *vel dolo eximentem vocatum in jus.*

Iluſtre Señor.

5. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y me
,, querello, y pongo demanda à Fulano, y
,, contando el caſo, digo: que aſsi es, que
,, haviendo yo ſacado un mandamiento de
,, priſion contra Fulano por cien ducados, que
,, me debia, y no me queria pagar, antes ſe
,, andaba por auſentar de eſta Ciudad; y lle-
,, vandole yà preſo el Alguacil Mayor de eſta
,, Ciudad, el dicho adverſo le ſaliò al camino,
,, y con gran fuerza y violencia le quitò el
,, dicho preſo, y hizo que huyeſſe, y ſe retra-
,, xeſſe al Monaſterio de Sant Franciſco de eſta
,, Ciudad: por lo qual el dicho Fulano mi deu-
,, dor no pareciò ante Vmd. è yo he dexado
,, de cobrar mi deuda, y ſe me han ſeguido
,, de daño, coſtas, è intereſſes tantos mil ma-
,, ravedis: por que pido à Vmd. que habida
,, mi relacion por verdadera, en la parte que
,, baſte, del dicho adverſo me haga entero
,, cumplimiento de juſticia, y por ſu ſenten-
,, cia le condene, à que me dè, y pague los
,, dichos cien ducados, con mas los daños,
,, coſtas, è intereſſes, que ſe me han recrecido,
,, de no ſe haver traìdo à la Carcel el dicho
,, Fulano, las quales eſtimo en tantos mil ma-
,, ravedis, ſalvo la judicial taſſacion de Vmd.
,, ſobre que pido juſticia, y coſtas, y el oficio
,, de Vmd. imploro: y juro à Dios, y à eſta ✠
,, que los dichos cien ducados me ſon debidos,
,, y no pagados, y que de daños, coſtas, è
,, intereſſes, de no haverſe pueſto en la Carcel
,, el dicho Fulano, ſe me han ſeguido los di-
,, chos tantos mil maravedis, y que eſta de-
,, manda no pongo de malicia, &c.

EX

(*a*) Ita probat text. in §. *Pœnales*, ibi: *Vi exemerit*, Inſtit. de *Action.* & in leg. 1. cum ſeqq. ff. *Ne quis eum, qui in jus vocat.* ubi diſponitur, quando hæc actio ceſſabit.

(*b*) Ut probatur in leg. *Si per alium*, §. fin. & in leg. fin. ff. *Ne quis eum, qui in jus voc. vi eximat.*

(*c*) Ut probat text. in dict. §. *Pœnales*, ibi: *Cujuſve dolo*, & in tit. ff. de *Eo, per quem factum erit.*

(*d*) In Rubric. ff. de *Eo, per quem factum erit*, & gloſ. in dict. §. *Pœnales*, verb. *Item adverſus eum*, & ibi explicat late Jaſ. n. 92.

(*e*) In dict. §. *Pœnales*, n. 53.

EX CAPITE TERTIO.

SUMMARIA.

1 *TErtium caput de actionibus præjudicialibus.*

2 *Actio quædam eſt præjudicialis, quædam non præjudicialis.*

3 *Præjudicium dictum eſt* à præ, *&* *à verbo* judico.

4 *Præjudiciales actiones, ideo ſic appellantur, quod eam habeant prærogativam, ut cum aliis concurrentes præferri debeant.*

5 *Variis modis dicitur actio præjudicialis.*

6 *Cum de alicujus ſtatu diſceptatur præjudicialis actio appellatur.*

7 *Si concurrat cum aliis cauſis ſtatus quæſtio ante omnia terminanda eſt.*

8 *Tres ſunt præjudicialis actiones, quibus de alicujus ſtatu quæritur.*

9 *Quæſtio, an quis liber ſit, vel ſervus à jure civili deſcendit.*

10 *Præjudiciales actiones reales ſunt.*

CAPUT TERTIUM.

1. *DE ACTIONIBUS PRÆJUDICIALIBUS.*

2. JUſtinianus Imperator in §. *Præjudiciales*, Inſtit. de *Action.* conſtituit aliam diviſionem actionum, aſſerens, actionum quaſdam eſſe *præjudiciales*, quaſdam vero *non*, & ob prædictam rationem in dict. §. annectit ſingularem tractatum de *Actionibus præjudicialibus.* (*a*)

3. Et pro perfecta harum actionum cognitione conſtituendum eſt, quod *præjudicium* dicitur *à præ*, &, à verbo *judico*, *as*: & inde præjudicium eſt res, quæ cum ſtatuta fuerit, affert judicaturis exemplum, quod ſequantur in eadem cauſa, vel in ſimili: (*b*) 4. unde præjudiciales actiones dicuntur, quæ in cognitione alicujus cauſæ habent aliquam prærogativam; ita quod præcedere debeant, ſi cum aliis occurrant: 5. & licet variis modis actio præjudicialis dicatur, ut docet Bartolus; (*c*) 6. tamen in noſtra ſpecie actio *præjudicialis* dicitur, *quando agitur de ſtatu alicujus perſonæ*: 7. nuncupaturque præjudicialis, quia præjudicat aliis quæſtionibus inter actorem, & reum, ut decidi non poſsint, donec quæſtio ſtatus finiatur. (*d*)

8. Et hujuſmodi actiones *de ſtatu perſonæ* ſunt tres: quarum prima eſt, per quam quæritur, *an aliquis ſit liber*, vel *ſervus*: ſecunda, qua quæritur, *an aliquis ſit libertus*, vel *ingenuus*: tertia eſt, qua quæritur, *utrum quis ſit filius, nec ne*: quarum prior *à jure civili* deſcendit, quia originaliter ex Lege XII. Tabul. judicium liberalis cauſæ inſtitutum fuit, licet ex poſt facto Prætor nonnulla circa idem judicium inſtituerit, de qua agitur in tot. tit. ff. & Cod. de *Liber. cauſa*: reliquæ duæ poſteriores *prætoriæ* ſunt, ut de illa, qua quæritur, *utrum quis ſit libertus*, vel *ingenuus*, conſtat in tit. ff. *Si libert. ingen.* eſſe dicat. de tertia verò, qua quæritur, *an quis ſit filius nec ne*, conſtat ex toto tit. ff. de *Liber. agnoſcend.* Ex quo tit. oritur dubium, cum ibi Senatuſconſulta hujus actionis meminerint, quare illam prætoriam appellet Imperator in dict. §. *Præjudiciales*? qua in re dicendum erit, *originaliter* Prætorem eam introduxiſſe, licet *ex poſt facto* Senatuſconſulta addiderint plura.

10. Et omnes ſupradictæ tres actiones ſunt *reales*: quia dantur pro rebus incorporalibus, ſcilicet pro jure, quod alicui competit ex ſua perſona, vel alterius: ut quando agit pro jure ingenuitatis, filiationis, vel ſervitutis: (*e*) & de unaquaque à nobis agendum erit in ſequentibus.

EX §. PRIMO.

SUMMARIA.

1 *LIberalis cauſa dicitur, cum quæritur, utrum quis ſit liber, vel ſervus.*

2 *Actio præjudicialis competit ei, qui aliquem in poſſeſsione libertatis conſtitutum ſervum ſuum eſſe aſſeverat, & è converſo.*

3 *Duplex eſt actio præjudicialis de liberali cauſa directa, ſcilicet, & utilis.*

4 *Directa præjudicialis actio de liberali cauſa competit domino, & ſervo.*

5 *Actio præjudicialis, quæ liberalis cauſa nuncupatur utilis, competit dominis prædiorum adverſus adſcriptitios, & ſimiles, & è contra.*

Si

(*a*) Secundum Fabr. Angel. & Jaſ. ibi, n. 21. in probata ratione gloſ. 1. in princ.

(*b*) Ita ex Aſconio colligit Ambroſ. Calep. in ſuo Diction. verb. *Præjudicium.* Miſing. n. 1. & Hotom. n. 7. in dict. §. *Præjudiciales*, & pluribus juribus firmat Briſonius lib. 14. de Verb. ſignific. verb. *Præjudicium.*

(*c*) In leg. *Fundum*, ff. de *Except.* & in leg. *Sive contra*, §. 1. ff. de *Liber. agnoſ.* & latè Jaſ. in dict. §. *Præjudiciales* à n. 1.

(*d*) Ut probatur in toto tit. Cod. de *Ordin. cogn.* & in cap. *Tuam*, Extra eod. tit.

(*e*) Secundum Jaſ. n. 20. & Miſing. n 10. in dict. §. *Præjudiciales*, & Oldendorpium in Explicat. act. præjud.

6 Si quis ex poſſeſsione ſervitutis in libertatem proclamet, libertatem probare tenetur.

7 Qui aliquem ſervum eſſe ſuum contendit, probare hoc tenetur.

8 Lite ordinata ſuper alicujus ſervitute probanda, liber nihilominus reputatur.

9 Petens aliquem in ſervum ſuum, poſtulare debet in libello, quod Judex declaret, competere ſibi jus in illo ſervo, & ſervus è contra.

10 Libellus in actione, qua dominus contendit, ſervum ſuum eſſe, ſermone Hiſpano formatus.

11 Libellus in actione, qua ſervus contendit ſe liberum eſſe.

§. PRIMUS.

DE ACTIONE PRÆJUDICIALI, QUA *quæritur, utrum quis ſit liber, vel ſervus.*

1. ACtio *præjudicialis*, qua quæritur, *utrum aliquis ſit liber*, vel *ſervus*, nuncupatur *liberalis cauſa*: 2. daturque, quando quis contendit, *eum*, qui eſt in quaſi poſſeſsione libertatis, *ſuum ſervum eſſe*; & è contrario datur, quando quis contendit, *ſe liberum eſſe*, cum tamen ſit in quaſi poſſeſsione ſervitutis. (a)

3. Et hæc actio eſt duplex, *directa*, nempe, & *utilis*: 4. directa competit domino, & ſervo; 5. utilis verò dominis prædiorum adverſus colonos, adſcriptitios, tributarios, originarios, ſive cenſitos; & ex diverſo datur his omnibus adverſus ſuos dominos. (b)

6. Et circa hanc actionem advertendum erit, quod quando aliquis ex ſervitute in libertatem proclamat, & eſt in quaſi poſſeſsione ſervitutis, habetur loco actoris, & libertatem probare tenetur, (c) interimque pro ſervo reputatur: (d) 7. quando verò quis eſt in quaſi poſſeſsione libertatis, habetur loco rei: & qui contendit, eum eſſe ſervum, loco actoris, ac ideo probare debet, *eum eſſe ſervum*: (e) 8. & interim pro libero habetur, & procuratorem conſtituere poteſt. (f)

9. Et in hac actione requiritur, quod in facti narratione agens dicat, *ſe eſſe in quaſi poſſeſsione libertatis, vel ſervitutis*, & quod dominus agens in libello concludat, *quod Judex declaret, illud jus ſervitutis ſibi competere, & illum ſervum in ejus poteſtatem ſibi adjudicandum eſſe*; & ex diverſo ſervus agens in libello concludat, *quod Judex declaret, ſe liberum, & ſui juris eſſe, & reum condemnet, ne eum impediat uti ſua libertate*, nam cùm iſta actio ſit realis, hoc in ea requiritur: (g) & libellus erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE, QUA *dominus contendit, quem ſervum eſſe.*

Iluſtre Señor.

10. „ Fulano, parezco ante Vmd. y me
„ querello, y pongo demanda à Fulano mi eſ-
„ clavo, y digo: que ſiendo el dicho Fulano
„ mi eſclavo, y haviendome como tal de ſer-
„ vir, y eſtando en poſſeſsion, *vel quaſi* de
„ ello, en todas las coſas que un eſclavo ſue-
„ le, y acoſtumbra ſervir à ſu ſeñor, ſe ha ido,
„ y auſentado de mi caſa, diciendo, y jac-
„ tandoſe, que es perſona libre, y no ha que-
„ rido bolver à ſervirme, ni dárme la obe-
„ diencia, que los tales eſclavos deben à ſus ſe-
„ ñores: por que pido à Vmd. que habida mi
„ relacion por verdadera, en la parte que baſ-
„ te, del dicho adverſo me haga juſticia,
„ declarandome por ſeñor del ſobredicho, y
„ como tal eſclavo pertenecerme *jure domi-*
„ *nii, vel quaſi*; y aſsi declarado, me lo man-
„ de adjudicar, compeliendole, y apremiando-
„ le, à que me buelva à ſervir en todo aquello
„ que los eſclavos ſuelen, y acoſtumbran ſer-
„ vir à ſus amos: ſobre que pido juſticia, y
„ coſtas, y el oficio de Vmd. imploro, y ju-
„ ro, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE, QUA SERVUS *contendit, ſe liberum eſſe.*

Iluſtre Señor.

11. „ Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
„ go demanda à Fulano, y digo: que es aſsi,
„ que ſiendo yo como ſoy hombre libre, no
„ ſujeto, ni debiendo ſervidumbre à alguna
„ perſona, y eſtando en poſſeſsion, *vel quaſi*
„ de mi libertad, el dicho adverſo, ſin titulo
„ ni cauſa me anda inquietando, y pertur-
„ bando en mi libertad, jactandoſe, y dicien-
„ do

(a) Et in quo differat actio iſta à rei vendicatione, tradit Miſing. in §. *Præjudiciales*, n. 15. Inſtit. de *Action.*

(b) Secundum gloſ. magn. in dict. §. *Præjudiciales*, & ibi Jaſ. n. 44. & Miſing. n. 18.

(c) Ut probatur in leg. *Circa* 14. ff. de *Probat.* & in leg. *Generaliter* 12. ff. de *Except.*

(d) Juxta text. in leg. *Lite ordinata*, junct. gloſ. fin. Cod. de *Liber. cauſ.*

(e) Ut probatur in leg. *Quoties* 18. ff. de *Probat.* & in leg. ſin. de *Liber. cauſ.*

(f) Juxta text. in dict. leg. *Lite ordinata*, junct. gloſ. fin.

(g) Ut in leg. *Ex diverſo*, §. 1. ff. de *Rei vendic.*

„ do, que yo ſoy ſu eſclavo, y que le debo ſervi-
„ dumbre, no ſiendo aſsi: por que pido à
„ Vmd. que habida mi relacion por verdade-
„ ra, en quanto baſte, del ſobredicho me ha-
„ ga juſticia, declarandome por hombre li-
„ bre, y no ſujeto, ni deber ſervidumbre al
„ dicho adverſo, ni otra perſona alguna, y
„ mandandole, que no me inquiete, ni per-
„ turbe en mi libertad: ſobre que pido juſ-
„ ticia, y coſtas, y el oficio de Vmd. implo-
„ ro, y juro, &c.

EX §. SECUNDO.

SUMMARIA.

1 §. *DE actione, qua quæritur, utrum quis ſit libertus, vel ingenuus.*

2 Si ſervus manumiſſus ſit, & ſe ingenuum eſſe dixerit, patrono ejus præjudicialis actio competit.

3 Si ingenuus quis à patrono eſſe negetur, habet præjudicialem actionem contra ipſum.

4 Multa debet libertus patrono præſtare.

5 Patronus aliquem ingenuum in ſuum libertum petens, poſtulare debet in libello, quod patronus illius hominis à Judice declaretur.

6 Libertus, ingenuum ſe eſſe contendens, petere debet, quod ingenuus declaretur, & quod deinceps ſuper ingenuitate à patrono non perturbetur.

7 Libellus in actione, qua quis contendit, ſe patronum alicujus eſſe.

§. SECUNDUS.

1. *DE ACTIONE, QUA QUÆRITUR, utrum quis ſit libertus, vel ingenuus.*

2. PRæjudicialis actio, qua quæritur, *utrum quis ſit libertus*, vel *ingenuus*, competit patrono, qui ex ſervitute aliquem manumiſsit adverſus libertum manumiſſum, qui eſt in quaſi poſſeſsione libertinitatis, & dicit ſe ingenuum, & non libertum eſſe: 3. & è contrario datur liberto, qui ſe ingenuum, & in quaſi poſſeſsione ingenuitatis eſſe dicit adverſus eum, qui dicit, illum eſſe ſuum libertum: (a) & iſta actio eſt *directa*, inventa *à jure prætorio*: (b) & ad hanc actionem proponendam ſunt repetenda, quæ diximus in actione præcedenti.

4. Et circa eam eſt advertendum, quod libertus tenetur præſtare multa ſuo patrono: (c) 5. debetque patronus in libello hujus actionis concludere, *quod Judex declaret, ſe illius rei conventi legitimum patronum eſſe, & illum ſuum libertum, condemnandumque ad obſequia patronis debita præſtanda*; 6. & ex diverſo libertus concludere debet, *quod Judex declaret, ſe ingenuum eſſe, & quod Judex condemnet reum, quod eum non perturbet in ſua ingenuitate.* Et libellus erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE, QUA QUIS *contendit, ſe patronum alicujus eſſe.*

Iluſtre Señor.

7. „ Fulano, parezco ante Vmd. y me
„ querello, y pongo demanda à Fulano mi
„ liberto, y digo: que es aſsi, que teniendo
„ yo, y poſſeyendo al dicho adverſo, como
„ mi eſclavo, le dì libertad, y le ahorrè, y
„ hice libre, y por la dicha razon ganè el de-
„ recho de patronazgo, que los ſeñores, que
„ ahorran, y dàn libertad à ſus eſclavos con-
„ forme à derecho, ſuelen ganar; y eſtando en
„ la quaſi poſſeſsion de ello, agora el dicho ad-
„ verſo mi liberto ſe jacta, y alaba dicien-
„ do, que es ingenuo, y no obligado à las
„ coſas, que los libertos ſon obligados à ſus
„ ſeñores, y ſe ſubtrahe de ellas: por que pi-
„ do à Vmd. que habida mi relacion por ver-
„ dadera, en la parte que baſte, del dicho ad-
„ verſo me haga juſticia, declarandome por
„ legitimo patron de él, y que él es mi liber-
„ to: y aſsi declarado, le condene, compela,
„ y apremie à que haga en mi ſervicio todas
„ aquellas coſas, que los libertos ſon obli-
„ gados à ſus patronos: ſobre que pido juſti-
„ cia, y coſtas, y el oficio de Vmd. imploro,
„ y juro, &c.

Libellus ex parte liberti erit formandus mutatis mutandis, ſicut in actione præcedenti diximus, de libello ex parte ſervi.

EX §. TERTIO.

SUMMARIA.

1 §. *DE actione præjudiciali, qua quæritur, an quis ſit filius, nec ne.*

2 Præjudicialis actio, qua quæritur, ſit quis filius, nec ne, accommodatur parentibus adverſus ſuos liberos, pietatem, & debitam reveren-

(a) De qua actione agitur in toto tit. ff. *Si libertus ingen. eſſe dicatur.*

(b) Ut probat text. in §. *Præjudiciales*, Inſtit. de *Action.*

(c) Ut notat gloſ. verb. *Repleatur*, in §. *Sed noſtra*, Inſtit de *Succeſ. libert.*

tiam eis non exhibentes.

3 *Adverſus parentes filios negantes præjudicialis actio datur.*

4 *Prætorio jure fuit adinventa præjudicialis actio, qua quæritur, ſit quis filius, nec ne.*

5 *Pater actionem præjudicialem intendens petere debet, quod patrem ſe legitimum eſſe à Judice declaretur.*

6 *Pater in libello concludere debet, quod filius condemnetur ad præſtandam ei reverentiam, pietatem, obedientiam, & reliqua parentibus debita.*

7 *Filius in libello concludere debet, quod Judex declaret, ſe eſſe filium legitimum talis patris, & ex eo genitum, & quod ab eo agnoſcatur, nec in ſuo jure amplius perturbetur.*

8 *Filiatio qualiter probari debeat.*

9 *Genitus, durante matrimonio inter aliquos, in tantum præſumitur eſſe eorum filius, quod matri aſſerenti, adulterinum eſſe, non eſt credendum.*

10 *Si quis fuerit in quaſi poſſeſsione filiationis, alendus per patrem erit, durante lite filiationis, alioquin pater officio Judicis compellendus erit ad alimenta præſtanda.*

11 *Libellus in actione, qua quis contendit, ſe eſſe filium alicujus, ſermone Hiſpano conceptus.*

12 *Libellus in actione, qua quis contendit, ſe patrem alicujus eſſe.*

§. TERTIUS.

1. *DE ACTIONE PRÆJUDICIALI, QUA quæritur, an quis ſit filius, nec ne.*

2. ACtio *præjudicialis*, qua quæritur, *an quis ſit filius*, competit parentibus adverſus liberos non exhibentes reverentiam, & pietatem parentibus debitam; 3. & ex diverſo datur liberis adverſus parentes non agnoſcentes partum matris, & aſſerentes, non eſſe ſuos filios: & utroque caſu iſta actio *directa eſt*, ut firmat Gloſſa: (a) 4. & à *jure prætorio* fuit inventa. (b)

5. Et circa libellum hujus actionis requiritur, quod pater in facti narratione dicat, *ſe eſſe in quaſi poſſeſsione filiationis*, 6. & quod concludat, *quod Judex declaret, eum eſſe verum, & legitimum parentem filii, & filium condemnet, ad præſtandam eidem omnem reverentiam, pietatem, obedientiam, & reliqua parentibus debita*; (c) 7. & è contra filius in libello concludere debet, *quod Judex declaret; eum legitimum filium eſſe ex tali parente genitum, agnoſcendumque eſſe à ſuo parente, nec in poſterum perturbandum eſſe in ſuo jure.*

8. Ejus filiatio probanda erit, probando, matrimonium in facie Eccleſiæ à ſuis parentibus contractum fuiſſe, & durante matrimonio, domi natum fuiſſe: (d) 9. ex qua probatione in tantum præſumitur filius eſſe, quod credendum non erit matri aſſeveranti, illum filium adulterinum eſſe, tutumque filium in foro conſcientiæ eſſe, ſecundum Salicetum, (e) & Sotum: (f) 10. & pendente lite ſuper filiatione, ſi filius fuerit in quaſi poſſeſsione filiationis, per patrem alendus erit, alioquin per Judicis officium alimenta petenda erunt, & cum cauſæ cognitione ſummaria præſtanda, ut docet Bartolus. (g) Et libellus forma ſequenti concipiendus erit.

LIBELLUS IN ACTIONE, QUA QUIS *contendit, ſe filium alicujus eſſe.*

Iluſtre Señor.

11. ,, Fulano, vecino de eſta Ciudad, con
,, licencia, que ante todas coſas à Vmd. pi-
,, do, y ſiendome concedida, ò injuſtamente
,, denegada, como mas haya lugar de dere-
,, cho, parezco ante Vmd. y pongo deman-
,, da à Fulano mi padre, y digo: que es an-
,, ſi, que el dicho Fulano mi padre ſe caſó, y
,, velò *in facie Eccleſiæ* con Fulana mi ma-
,, dre, y durante entre ellos el dicho matri-
,, monio, me hubieron, y procrearon por ſu
,, hijo legitimo, y por tal me reconocieron,
,, criaron, y alimentaron, llamandome ellos
,, hijo, y yo à ellos padres, y en tal poſſeſ-
,, ſion, *vel quaſi* fuì, è ſoy habido, è tenido,
,, y comunmente reputado; y deſpues aca el
,, dicho mi padre me ha echado de ſu caſa,
,, diciendo que no ſoy ſu hijo, y no quiere
,, ſuſtentarme, ni dárme los alimentos neceſ-
,, ſarios conforme à la qualidad de ſu perſo-
,, na, y à la hacienda que tiene, aunque à ello
,, es obligado: por que pido à Vmd. que ha-
,, bida mi relacion por verdadera, en la par-
,, te que baſte, por ſu ſentencia declàre, ſer
,, yo hijo legitimo de los dichos Fulano, y Fu
,, lana mis padres, y ellos ſer mis padres legiti-
,, mos, y eſtàr obligados à hacer conmigo to-
,, do aquello, que los padres ſon obligados de
,, hacer con ſus hijos legitimos: y aſsi decla-
,, rado, condemne al dicho mi padre à que me
,, reciba en ſu caſa, y me dè los alimentos ne-
,, ceſſarios, conforme à la qualidad de ſu per-
,, ſona, y de la hacienda que tiene: ſobre que
,, pido juſticia, y coſtas, y el oficio de Vmd.
,, imploro, &c.

,, Otrosì, à Vmd. pido, que de ſu oficio, el
,, qual para ello imploro, mande, compela, y
,, apremie al dicho mi padre à que me dè ali-
,, mentos, durante eſte pleyto, aſsi los que
,, ſon neceſſarios para mi perſona, como para
,, dàr al Letrado, Eſcribano, y Procurador,
,, y para ello, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE, QUA QUIS *contendit, ſe patrem alicujus eſſe.*

Iluſtre Señor.

12. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
,, go demanda à Fulano mi hijo, y digo: que
,, es aſsi, que yo me caſé, y velè, como lo
,, manda la Sancta Madre Igleſia, con Fulana
,, mi legitima muger, y eſtando aſsi caſados
,, hubimos, y procreamos por nueſtro hijo le-
,, gitimo entre otros al dicho Fulano, y por
,, tal lo reconocimos, criamos, y alimenta-
,, mos en nueſtra caſa, y en poſſeſsion *vel*
,, *quaſi* de nueſtro hijo legitimo ha ſiempre
,, eſtado, y eſtà, y por tal es habido, y te-
,, nido, y comunmente reputado, por lo qual
,, me debe la obediencia, y reverencia pater-
,, nal, y eſtà obligado à me alimentar, pues
,, yo no tengo de què, y ſe ſubtrahe de lo
,, hacer, diciendo que no ſoy ſu padre: por
,, que pido à Vmd. que habida mi relacion
,, por verdadera, en la parte que baſte, por ſu
,, ſentencia me haga del dicho mi hijo juſti-
,, cia, declarandome por ſu padre legitimo, y
,, à él por mi hijo legitimo: y aſsi declarado,
,, lo condemne à que me dè los alimentos ne-
,, ceſſarios y lo demàs, que los hijos ſuelen, y
,, deben dàr à ſus padres: ſobre que pido juſ-
,, ticia, y coſtas, y el oficio de Vmd. implo-
,, ro, y juro, &c.

(a) Mag. in §. *Præjudiciales*, Inſtit. de *Action.* & de ea loquitur totus tit. ff. de *Lib. agnoſ.* & text. in leg. 1. & pen. ff. de *Obſeq. à liber.*

(b) Ut probatur in dict. §. *Præjudiciales.*

(c) Juxta text. in leg. *Liberto*, cum leg. ſeq. ff. de *Obſeq. à liber.*

(d) Juxta text. in leg. *Filium eum diffinimus*, ff. de *Iis qui ſunt ſui, vel alieni juris.*

(e) In leg. *Si vicinis*, Cod. de *Nuptiis.* Ricardum in 4. Diſtinct. 15. quæſt. 4. art. 5. Boer. in deciſ. 299.

(f) Lib. 4. de Juſtit. & jur. quæſt. 7. art. 2.

(g) In leg. *Si neget*, ff. de *Liber. agnoſ.* & Miſing. in dict. §. *Præjudicıales*, n. 29.

EX CAPITE QUARTO.

SUMMARIA.

1 *ACtiones quædam ſunt perſecutoriæ rei, quædam pœnæ, quædam pœnæ, & rei ſimul.*

2 *Actiones perſecutoriæ rei dicuntur, quibus petimus id quod ex patrimonio noſtro abeſt.*

3 *Actiones perſecutoriæ pœnæ dicuntur, quibus meram pœnam perſequimur, cum ad id agimus, quod ex noſtro patrimonio non abeſt.*

4 *Actiones rei, & pœnæ perſequutoriæ ſimul dicuntur, quibus rem ſimul, & pœnam perſequimur ex quibuſdam maleficiis.*

CAPITE QUARTO.

DE ACTIONIBUS REI PERSECUTORIIS tantum, & pœnæ perſecutoriis tantum, & de perſecutoriis pœnæ, & rei ſimul.

1. ALiam diviſionem actionum poſuit Imperator in §. *Sequens*, Inſt. de *Act.* aſſerens actiones quaſdam comparatas fuiſſe *ad perſecutionem rei*, quaſdam *ad perſecutionem pœnæ*, quaſdam *ad rei, & pœnæ perſecutionem ſimul.*

2. Rei perſecutoriæ actiones dicuntur, *quibus petimus id quod ex patrimonio nobis abeſt*: (a) & licet non omnis actio ſit realis, ſed quædam etiam ſint perſonales; non tamen ſunt ita perſonales, ut per eas ſolum faciamus negotium perſonæ nihil amplius conſecutori; ſed magis eſt, ut à perſona id conſequamur, quod nobis debitum eſt ex aliqua cauſa, ſive ex contractu quaſi-contractu, delicto, vel quaſi-delicto. (b)

3. Actiones pœnæ perſecutoriæ dicuntur, *quibus meram pœnam perſequimur, cum ad id agimus, quod ex noſtro patrimonio non abeſt*: (c) ut putà, quando ex maleficio, vel quaſi, aut etiam ex conventione, & creditoris non interſit. (d)

4. Actiones verò perſecutoriæ rei, & pœnæ ſimul dicuntur, *quibus rem ſimul, & pœnam perſequimur ex quibuſdam maleficiis.* (e) De perſecutoriis rei tantum explicatur in §. *Rei perſecutoriæ*, Inſt. de *Action.* ubi dicitur rei perſecutorias eſſe omnes actiones reales: (f) & etiam

(a) Ut probatur in leg. *In honorariis*, ff. de *Action. & oblig.*

(b) Ut probatur in §. *Sequens*, Inſtit. de *Obligat.*

(c) Juxta text. in leg. unic. in fin. ff. *Si quis jus dicen. non obtemp.*

(d) Ut in ſpecie text. §. *Alteri*, Inſtit de *Inutil. ſtipulat.*

(e) Ut probatur in §. *Ex maleficiis*, Inſtit. de *Action.*

(f) De quibus loquitur in §. *Omnium*, cum §§. ſeqq. Inſtit. de *Action.* uſque ad §. *In perſonam*, & nos egimus ſuprà in cap. 1. à §. de *Perſonali*, uſque in finem illius, cap. & in cap. 2. à §. de *Actione Publiciana*, cum aliis.

etiam omnes actiones perſonales ex contractu deſcendentes, ut puta, ex mutuo, ſtipulatu, commodato, depoſito, mandato, pro ſocio, ex empto vendito, locato & conducto, de quibus à nobis agendum erit infra: (g) & ita nunc agendum erit de perſecutoriis rei, & pœnæ ſimul: quo in loco prius agemus de quadam actione pœnæ perſecutoria tantum, &c.

EX §. PRIMO.

SUMMARIA.

1 *ACtiones perſecutoriæ rei, & pœnæ ſimul ex delictis procedunt.*

2 *Obligatus quis remanet ex delicto, ſicut ex contractu.*

3 *Obligatio ex delicto procedens civilis eſt, & non naturalis.*

4 *Actio duplex ex quolibet delicto oritur, una parti læſæ, & altera reipublicæ.*

5 *Judex ex officio poteſt adverſus delinquentem procedere, ſi offenſus eum accuſare noluerit, vel ab accuſare deſtiterit.*

6 *Delicta quædam publica, quædam privata ſunt.*

7 *Delicta privata, non etiam publica per actiones experiuntur.*

8 *Actione ex delicto privato deſcendente offenſus, & non quilibet de populo agere poterit.*

9 *Furti actio pœnæ perſecutoria, & perſonalis eſt.*

10 *Furti definitio.*

11 *Furtum ut ſit, & actio furti competat, quæ requirantur.*

12 *Furtum ut committi dicatur, non ſufficit ſola cogitatio furandi.*

13 *Furandi cauſa repertus in domo alicujus, ſeque ad id præparans, ſi tamen nihil furetur, nec furtum committit, nec pœna furti eſt puniendus.*

14 *Furtum in re propria non committitur.*

15 *Furtum non committitur, ſi dolus deſit.*

16 *Furtum non committitur, domino volente.*

17 *Furtum non committitur, niſi lucri faciendi gratia fiat.*

18 *Furti manifeſti in quadruplum, non manifeſti in duplum actio competit.*

19 *Furtivæ rei æſtimatio ſecundum valorem communem eſt facienda, non verò ſecundum affectionem, quando actio furti in quadruplum, vel in duplum competit.*

20 *Actio furtiva datur etiam contra furem ad perſecutionem rei furtivæ*

21 *Furi, ultra actiones contra ipſum competentes, imponitur etiam pœna extraordinaria corporalis.*

22 *Furi quæ pœnæ de jure Regio imponantur.*

23 *Actio vi bonorum raptorum eſt rei & pœnæ perſecutoria: & datur adverſus raptorem, qui dolo malo rem violenter rapuit.*

24 *Actio vi bonorum raptorum competit etiam illis, quorum intereſt, res raptas non eſſe, licet earum domini non ſint.*

25 *Res in bonis alicujus dicitur eſſe, quando pro ea poſſeſſa habet exceptionem, & pro ea amiſſa competit ſibi actio.*

26 *Res ex bonis alicujus dicitur eſſe, quando ad ipſius cuſtodiam, & periculum res ſpectat.*

27 *Actio vi bonorum raptorum competit, etiam ſi res rapta ſit commodata, pignorata, vel depoſita, cum depoſitarius culpam repromiſſerit.*

28 *Actio vi bonorum raptorum in quadruplum datur, in quo res furtiva computatur.*

29 *Actio vi bonorum raptorum intra annum in quadruplum, & poſt annum in ſimplum datur.*

30 *Annus, intra quem actio vi bonorum raptorum in quadruplum datur, eſt utilis.*

31 *Actio vi bonorum raptorum, ſi dolus abſit, ceſſat.*

32 *Error juris, licet à culpa non excuſet, excuſat tamen à dolo.*

33 *Actio vi bonorum raptorum etiam datur adverſus creditorem rapientem violenter à debitore rem ſibi obligatam, niſi rapiat à debitore fugiente.*

34 *Lex Aquilia tria habet capita, quorum ſecundum in uſu non eſt.*

35 *Actio legis Aquiliæ ex primo capite cui, & adverſus quem competat.*

36 *Actione legis Aquiliæ ex primo capite agitur tantum civiliter ad damnum, nec delictum mortis conſideratur.*

37 *Actio legis Aquiliæ ex primo capite etiam habet locum, quamvis damnum leviſſima culpa datum ſit, niſi culpa commiſſa ſit in omittendo.*

38 *Actio legis Aquiliæ ex primo capite non habet locum, ſi damnum caſu datum ſit.*

39 *Actione legis Aquiliæ ex primo capite tenetur, qui arbores cædens prope viam publicam, non clamans, ſervum tranſeuntem occidit.*

40 *Medicus propter ipſius imperitiam alienum ſervum occidens, actione legis Aquiliæ ex primo capite tenetur.*

41 *Intereſſe non ſolum intrinſecum, ſed etiam extrinſecum venit in actione legis Aquiliæ ex primo capite.*

42 *Servum hæredem inſtitutum occidens ante aditam hæreditatem, actione legis Aquiliæ ex primo capite tenetur ad æſtimationem totius hæreditatis.*

43 *Actio legis Aquiliæ ex tertio capite cui, & adverſus quem detur.*

44 *Actio legis Aquiliæ ex primo, & tertio capite datur in duplum contra negantem, & in ſimplum contra confitentem.*

45 *Actio ex teſtamento eſt mixta, rei perſecutoria, & pœnæ in tantundem.*

46 *Actio ex teſtamento rei, & pœnæ perſecutoria competit pro exigendis legatis relictis pauperibus, & aliis locis piis.*

47 *Actio ex teſtamento rei, & pœnæ perſecutoria non competit pro legatis relictis Fiſco, aut Reipublicæ.*

48 *Actio ex teſtamento rei, & pœnæ perſecutoria datur adverſus hæredes, & contra executores teſtamenti.*

49 *Legatum relictum ad pias cauſas habet executionem paratam.*

50 *Libellus non eſt neceſſarius, ad petendum legatum piis locis relictum, cum via executiva peti poſſit à legatario.*

51 *Libellus in actione furti manifeſti ſermone Hiſpano conceptus.*

52 *Libellus in actione furti non manifeſti.*

53 *Libellus in actione vi bonorum raptorum.*

54 *Libellus in actione legis Aquiliæ.*

(g) In cap. de *Action. bonæ fidei*, per aliquos §§.

§. PRIMUS.

DE ACTIONIBUS PERSECUTORIIS pœnæ, & rei ſimul.

1. ACtiones *perſecutoriæ rei, & pœnæ ſimul* ex delictis procedunt: 2. pro quarum explicatione eſt conſtituendum, quod ſicut ex contractu quis remanet obligatus, (a) ita & ex delicto: (b) 3. quæ tamen obligatio civilis, & non naturalis eſt, ſecundum Gloſſam. (c)

4. Rurſus conſtituendum eſt, quod ex quolibet delicto duplex oritur actio, una parti læſæ, & altera Reipub. cujus intereſt, ne delicta remaneant impunita. 5. Quo fit, quod ſi offenſus noluerit delinquentem accuſare, vel ab accuſatione deſtiterit, Judex *ex officio* adverſus delinquentem procedere poterit: (d) 6. inſuper conſtituendum erit, delicta quædam *publica*, & quædam *privata* eſſe: de publicis delictis in præſenti agendum non eſt, cum per actiones non experiantur; (e) 7. ſed tantum de privatis delictis agendum erit, quæ per actiones experiuntur, & pars offenſa, & non quilibet de populo agere poterit. (f)

9. Et in primis, ſupradictis ſic conſtitutis, agendum erit de actione *furti*, quæ pœnæ perſecutoria, perſonaliſque eſt, cum ex furti delicto deſcendat: 10. quod eſt *contrectatio rei alienæ fraudulosa, invito domino, lucri faciendi gratia*, (g) 11. ex qua diffinitione conſtat, quæ requirantur, ad hoc ut furtum ſit, & actio furti competat: nam primo requiritur, quod *fiat amotio* rei furtivæ de loco ad locum: (h) 12. quo fit, ſolam cogitationem furandi non ſufficere; (i) 13. quinimo, repertum in domo alicujus cauſa furandi, ſeque ad id præparantem, non tamen adhuc aliquid furatum, furtum non committere, nec pœna furti puniendum fore. (j)

14. Secundo requiritur, quod contrectatio ſit *rei alienæ*: nam in re propria furtum non committitur. (k)

15. Tertio requiritur, quod *fraudulenter* res ſit ſubrepta; alioquin, ſi dolus deſit, ut putà, quia credebat ſibi licere rem illam ſubripere, vel dominum permiſſurum, furtum non committitur, (l) dummodo aliqua juſta cauſa concurreret ad id credendum, ut putà, quia anteà hoc dixerat, vel proteſtatus fuerat coram aliquibus, vel amicus, vel conjunctus, vel res parva erat; alioquin contra furem præſumeretur. (m)

Quar-

(a) Ut in §. *Omnium*, Inſtit. de *Action.*

(b) Ut in princ. Inſtit. de *Oblig. quæ ex delict. naſc.*

(c) In §. *Jus autem gentium*, verb. *Omnes pœnæ*, Inſtit. de *Jur. natur.* cujus opinionem veram dixerunt Pinelus in Auth. *Niſi tricennali*, Cod. de *Bonis matern.* n. 32. & Covar. in cap. *Alma mater*, 1. part. §. 10. n. 10. tametſi oppoſita ſententia communis ſit, cujus fundamentis ſatisfaciunt Pinel. & Covar. ubi ſupr.

(d) Ut in leg. *Congruit*, ff. de *Offic. præſid.* & in leg. pen. tit. 1. Part. 7. & in leg. 3. tit. 17. Part. 3. & tradit Ant. Gom. 3. tom. Variar. cap. 1. n. 10.

(e) Ut in princ. Inſtit. de *Public. judic.*

(f) Ut probatur in leg. fin. ff. de *Privat. delict.* & ibi notat gloſſ. & Bart. & Angel. in Rubr. ff. de *Publ. judic.* & Panorm. in cap. *Cum* P. n. 12. de *Accuſ.*

(g) Juxta text. junct. gloſſ. in §. 1. Inſtit. de *Oblig. quæ ex delic. naſc.*

(h) Ut in leg. 3. §. *Si rem*, ff. de *Acquir. poſſeſ.*

(i) Ut in leg. 1. ff. de *Furtis.*

(j) Juxta text. in leg. *Vulgaris*, §. *Qui furti*, ff. de *Furt.*

(k) Ut in princip. Inſtit. de *Vi bonor. raptor.* & in leg. 1. tit. 14. Part. 7.

(l) Ut probatur in §. *Placuit*, & ibi gloſ. Inſtit. de *Oblig. quæ ex delic. naſc.* tradunt Bart. in leg. *Inter omnes*, §. *Rectè*, ff. de *Furt.* n. 2. Panorm. in cap. *Dudum* II. n. 18. de *Elect.* & Anton. Gom. 3. Tom. cap. 5. n. 1.

(m) Juxta text. in leg. *Qui vas*, §. *Vetare*, ff. de *Furtis.*

16. Quartò requiritur, quod *invito domino* res ſit ſubrepta, nam, domino volente, furtum non fit; (*n*) in dubio tamen contra furem præſumitur. (*o*)

17. Quinto requiritur, quod res ſubrepta ſit *lucri faciendi gratia*, alioquin abſque lucro furtum non committitur. (*p*)

18. Et ſupradictis requiſitis concurrentibus, datur actio *furti* domino ad ſolam pœnam proſequendam: quæ *in quadruplum* eſt, quando furtum fuit *manifeſtum*, nempe, cum fur repertus fuit in ipſo delicto, vel in alio loco, antea quam perveniret cum re furtiva ad locum, quo portare deſtinaverat: & datur *in duplum*, quando furtum *non* fuit *manifeſtum*, ut puta, quando fur non fuit deprehenſus, dum furtum faceret, ſed poſteà probatum fuit, ſe feciſſe: (*q*) 19. & tunc æſtimatio facienda erit ſecundum communem valorem rei furtivæ, non vero ſecundum affectionem. (*r*)

20. Et ultra prædictas pœnas datur contra furem actio *furtiva* ad perſecutionem ipſius rei furtivæ, ut diximus ſupra: (*ſ*) 21. imponiturque etiam furi alia pœna extraordinaria corporalis: (*t*) 22. & pœnas furi imponendas *hodie* de Jure Regio præſcribit text. in leges 7. 8. & 9. tit. 11. lib. 7. Recop. & in leg. 5. tit. 17. lib. 5. Recop. & in leg. 1. & 4. tit. 23. lib. 8. Recop. & in leg. 20. tit. 3. lib. 6. Recopil. Et libellus in actione furti erit concipiendus, ut paulò inferius dicemus.

23. Secundò agendum erit de actione *vi bonorum raptorum*, quæ *mixta* eſt, ſcilicet, rei, & pœnæ perſecutoria ſimul, daturque adverſus raptorem, qui dolo malo rem violenter rapuit, (*u*) 24. & competit omnibus illis, quorum intereſt, res raptas non eſſe; & ſic non requiritur, quod ſit earum dominus, ſed ſufficit, quod ſua interſit, ſive res ſit in bonis ejus, ſive ex bonis ejus: (*x*) 25. in bonis ejus res dicitur eſſe, *quando pro ea poſſeſſa habet exceptionem, & pro ea amiſſa competit ſibi actio,* (*y*) 26. ex bonis autem res dicitur eſſe, *quando ad ejus cuſtodiam, & periculum ſpectat*: (*z*) 27. & ita ſive res eſſet commodata, ſive pignorata, ſive depoſita, cum depoſitarius culpam repromiſerit, hæc actio datur. (*a*)

28. Quæ actio *in quadruplum* datur, in quo tamen res furtiva computatur: itaque pœna eſt tantum *tripli*, & cum perſecutione ipſius rei furtivæ efficitur quadruplum, ac ideo *mixta* appellatur: (*b*) 29. daturque *in quadruplum* intra annum; poſt annum vero *ad ſimplum* tantum: (*c*) 30. qui annus utilis cenſetur, ut notat Gloſſa: (*d*) 31. competitque adverſus eum, qui dolo rapuit, alioquin, ſi dolus defecerit, ceſſabit, etiam ſi raptor in jure erraverit, credens rem eſſe ſuam: (*e*) 32. nam licet error juris non excuſet à culpa, bene tamen excuſat à dolo; (*f*) 33. & nedum adverſus raptorem rei alienæ, verum etiam adverſus creditorem rapientem *violenter* à debitore rem ſibi obligatam hæc actio competit, (*g*) niſi creditor rapuerit à debitore fugiente: (*h*) & libellus in hac actione erit concipiendus forma paulò inferius præſcripta.

34. Tertio erit explicanda actio *Legis Aquiliæ*, quæ etiam *mixta* eſt: (*i*) pro cujus cognitione conſtituendum eſt, quod Lex Aquilia habet tria capita, quorum ſecundum in uſu non eſt, (*j*) 35. & actio Legis Aquiliæ ex primo capite competit domino adverſus eum, qui dolo, culpa, ſive injuria ſervum, aut quadrupedem, quæ in pecudum numero eſt, & gregatim paſcitur, occiderit, ad hoc quod damnum, ejuſque æſtimationem reſarciat, in quantum plurimi ſervus, vel quadrupes fuerit in eo anno præterito, (*k*) 36. qua actione agitur *civiliter* tantum ad damnum; nec delictum mortis conſideratur: (*l*) 37. quæ actio vindicat etiam ſibi locum, ſi damnum leviſsima culpa datum eſſet, (*m*) niſi commiſſa eſſet *in omittendo*, quia tunc non ſufficeret culpa leviſsima; (*n*) 38. non tamen habebit locum, quando caſu damnum datum eſſet. (*o*)

39. Quo fit, cædentem arbores prope viam publicam, non clamantem, hac actione teneri, ſi ſervum tranſeuntem occiderit, quia ſine culpa non eſt: (*p*) 40. fit etiam, Medicum propter ejus imperitiam occidentem ſervum alienum hac actione teneri: (*q*) 41. & advertendum eſt, quod in hac actione, nedum venit intereſſe *intrinſecum*, verum etiam *extrinſecum*: 42. unde qui occiderit ſervum hæredem inſtitutum ex teſtamento alicujus ante aditam hæreditatem, hac actione tenebitur ad æſtimationem totius hæreditatis. (*r*)

33. Actio autem *Legis Aquiliæ* ex tertio capite datur domino adverſus eum, qui dolo, culpa, vel injuria vulneravit, fregit, rupit, aut læſit ſervum, quadrupedem, vel alias res, ad hoc quod reſarciat damnum, & æſtimationem in quantum in diebus triginta proximis res fuerit: (*ſ*) 44. & hæc actio, tàm ex primo, quàm ex tertio capite datur *in duplum* contra negantem, ſi ab actore probetur, damnum datum fuiſſe; contra confitentem vero datur *in ſimplum*: (*t*) & libellus concipiendus erit forma infra præſcripta.

45. Ultimo explicanda erit actio *ex teſtamento*, qua petuntur legata relicta Eccleſiis, vel aliis locis venerabilius: daturque adverſus eum, qui negat ex hæreditate, quam ipſe adivit, aliquid relictum fuiſſe Eccleſiæ, vel fatetur legatum; tamen fraudulenter, & ſine cauſa juſta ſolutionem ejus differt, donec in jus vocetur: & hujuſmodi actio *mixta* eſt, quia datur *in duplum*, nempe, ad perſecutionem ipſius rei legatæ, & ad tantundem pro pœna: (*u*) 46. quæ actio competit etiam pro exigendis legatis relictis pauperibus, & aliis locis piis, ſecundum Baldum; (*x*) 47. pro legatis tamen relictis Fiſco, aut Reipub. hæc actio non competit: (*y*)

48. Daturque adverſus hæredes, & etiam contra executores teſtamenti: (*z*) 49. & cum legatum relictum ad pias cauſas habeat executionem paratam, & legatarius poſsit illud *via executiva* petere, ſecundum Baldum, (*a*) 50. ideo in hac actione libellus non eſt neceſſarius; ſed legatarius debebit interpellare *extrajudicialiter* hæredem, & ſi hæres legatum negaverit, vel ejus ſolutionem ſine cauſa diſtulerit, tunc producet teſtamentum coram Judice petens contra hæredem, vel executorem teſtamenti executionem *in duplum*, ex eo quod negavit legatum, vel ſine cauſa diſtulit ejus ſolutionem.

LIBELLUS IN ACTIONE
furti manifeſti.

Iluſtre Señor.

51. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y me
,, querello, y pongo demanda à Fulano, y
,, digo: que aſsi es, que el dicho reo acu-
,, ſado entrò en mi caſa tal dia, y de mi Eſtu-
,, dio me llevò hurtado, y contra mi volun-
,, tad un Derecho Civil, porta negra, y ru-
,, brica colorada, que valia treinta ducados:
,, y ſintiendolo, ſali corriendo tras èl à la calle
,, dando voces, y le alcancè, y quitè el di-
,, cho Derecho, que me llevaba hurtado, en
,, lo

(*n*) Ut notat gloſ. verb. *Fraudulosa* in §. *Furtum eſt*, Inſt. de *Oblig. quæ ex delict. naſc.*

(*o*) Ut probatur in dict. leg. *Qui vas*, §. *Vetare*, & explicant Bart. Panorm. & Anton. Gom. ubi ſupr.

(*p*) Juxta text. in leg. 1. ff. de *Furt.* & in leg. 1. tit. 14. Part. 7.

(*q*) Ut probat text. in leg. 3. cum tribus ſeqq. ff. de *Furt.* & in leg. 2. tit. 14. Part. 7. & quod actio furti detur *in quadruplum*, *vel duplum* in caſibus ſupradictis probat text. in §. *Ex maleficiis*, & in §. *In duplum*, & in §. *Quadrupli*, Inſtit. de *Action.*

(*r*) Juxta text. in leg. *In furtis*, & in leg. *Si quis uxori*, §. fin. ff. de *Furtis.*

(*ſ*) In cap. 1. §. de *Actione furtiva.*

(*t*) Ut probatur in leg. fin. ff. de *Furt.* & in leg. 18. tit. 14. Part. 7. & tradunt Anton. Gom. in 3. Tom. Variar. cap. 5. à n. 4. & D. Anton. de Padilla in leg. *Tranſigere*, à n. 11. Cod. de *Tranſact.* & Jul. Clar. lib. 5. Sententiar. §. *Furtum*, n. 7.

(*u*) Ut probatur in princ. Inſtit. de *Vi bon. rapt.* & in dict. §. *Ex maleficiis*, verſ. *Vi autem bonorum*, & in leg. fin. Cod. de *Vi bonor. raptor.* & in leg. 3. tit. 13. Part. 7. & in leg. 6. tit. 12. lib. 8. Recop.

(*x*) Ut probatur in §. *Sanè*, Inſtit. de *Vi bon. rapt.* & in leg. 1. §. *In hac actione*, ff. eod. tit.

(*y*) Juxta text. in leg. *Rem in bonis*, ff. de *Acquir. rerum domin.*

(*z*) Ut in dict. leg. *Rem in bonis.*

(*a*) Ut probatur in dict. §. *Sanè.*

(*b*) In dict. §. *Ex maleficiis*, & in leg. 3. tit. 13. Part. 7.

(*c*) Ut probatur in princ. Inſtit. de *Vi bonor. raptor.* & in leg. 2. in princ. ff. eod. tit. & in leg. *Res obligatas*, & in leg. fin. Cod. eod. tit. & in leg. 3. tit. 13. Part. 7.

(*d*) In princ. Inſtit. de *Vi bonor. raptor.* verb. *Annum.*

(*e*) Ut probatur in §. *Ita tamen*, Inſtit. de *Vi bonor. rapt.*

(*f*) Ut in leg. *Sed ſi lege*, §. *Scire*, ff. de *Petit. hæredit.* & reſolvit Angel. dict. §. *Ita tamen.*

(*g*) Juxta text. in dict. leg. *Res obligatas.*

(*h*) Juxta text. in leg. *Ait Prætor*, §. *Sibi debitorem*, ff. *Quæ in fraud. cred.* & in leg. 10. tit. fin. Part. 5. & tradit Hyppolit. in ſing. 43.

(*i*) Ut probatur in dict. §. *Ex maleficiis*, verſ. *Sed & legis.*

(*j*) Ut inquit text. in §. *Liberum*, Inſtit. de *Leg. Aquil.*

(*k*) Juxta text. in leg. 2. ff. *Ad leg. Aquil.* & in princip. Inſtit. de *Leg. Aquil.* & in leg. 18. tit. 15. Part. 7.

(*l*) Juxta text. in leg. *Ex morte*, Cod. *Ad leg. Aquil.* & in dict. §. *Liberum*, junct. gloſſ. verb. *Capitalis*, & in leg. 1. tit. 8. Part. 7.

(*m*) Ut probatur in leg. *Lege Aquilia*, ff. *Ad leg. Aquil.*

(*n*) Juxta text. in leg. *Si uſusfructus*, §. *Denique*, ff. de *Uſufruct.*

(*o*) Ut in §. *Injuria*, Inſt. de *Leg. Aquil.* & in leg. 4. tit. 8. Part. 7.

(*p*) Ut inquit text. in §. *Item ſi putator*, Inſtit. de *Leg. Aquil.* & in leg. 4. tit. 8. Part. 7.

(*q*) Ut probat text. in §. *Præterea*, Inſtit. de *Leg. Aquil.* & in leg. 6. tit. 8. Part. 7.

(*r*) Juxta text. in §. *Illud*, Inſtit. de *Leg. Aquil.*

(*ſ*) Ut probatur in leg. *Si ſervus ſervum*, §. *Tertio capite*, ff. *Ad leg. Aquil.* & in leg. 1. & 2. Cod. eod. tit. & in §. *Capite tertio*, Inſtit. de *Leg. Aquil.* & in leg. 18. tit. 15. Part. 7.

(*t*) Ut probat text. in dict. §. *Ex maleficiis*, & in leg. 2. §. 1. & in leg. *Inde Neratius*, §. *Hæc actio*, ff. *Ad leg. Aquil.* & in leg. 16. tit. 15. Part. 7. ubi eleganter tradit Gregor. Lup.

(*u*) Ut probat text. in dict. §. *Ex maleficiis*, & ibi explicant Jaſ. n. 22. & Miſing. n. 42. & Covar. in cap. *Si hæredes*, n. 5. de *Teſtam.*

(*x*) In leg. ultima, §. *Cum autem*, Cod. *Ad Trebel.* receptum à Miſing. in dict. §. *Ex maleficiis*, n. 49. contra gloſſ. ibi, verb. *In judicium.*

(*y*) Secundum prædictam gloſſ. receptam à Jaſſ. ibi, n. 41. & Miſing. n. 49.

(*z*) Secundum omnes in leg. *Nulli*, Cod. de *Epiſcop. & Cleric.* Bart. in leg. *Hæreditas* II. ff. de *Hæred. inſtit.* & Jaſſ. in dict. §. *Ex maleficiis*, n. 22.

(*a*) In leg. *Hæreditas*, §. *Defuncto*, ff. de *Petit. hæredit.* & Barbat. in dict. cap. *Si hæredes*, col. 13.

„ lo qual cometiò delicto, è incurriò en la pe-
„ na del quatro tanto: la qual monta, y ſuma
„ ciento y veinte ducados, por valer el di-
„ cho Derecho,que me hurtò,treinta ducados:
„ por que pido à Vmd. que habida mi relacion
„ por verdadera, en quanto baſte, declarando
„ al dicho adverſo por hechor, y perpetrador
„ del dicho delicto, le condene à que me dè,
„ y pague los dichos ciento y veinte ducados
„ del quatro tanto: y en lo neceſſario, &c.
„ y juro, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE FURTI *non manifeſti.*

Iluſtre Señor.

52. „ Fulano, parezco ante Vmd. y me
„ querello, y pongo demanda à Fulano, y
„ digo: que el dicho adverſo entrò en mi
„ caſa, y contra mi voluntad tomò, y llevò
„ hurtada una eſcudilla de plata, que peſaba
„ cien reales, y deſpues pareſciò en ſu poder:
„ en lo qual cometiò grave delicto, è incur-
„ riò en la pena del doblo, y me la es obli-
„ gado à pagar: por ende à Vmd. pido, que
„ declarandolo por hechor, y perpetrador del
„ dicho delicto, le condene en ducientos rea-
„ les, en que ſe ſuma el dicho doblo, atento
„ lo que valia la dicha eſcudilla, ſalvo la ju-
„ dicial taſſacion de Vmd. y en lo neceſſario,
„ &c. y juro, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE VI BONORUM *raptorum.*

Iluſtre Señor.

53. „ Fulano, parezco ante Vmd. y me
„ querello, y pongo demanda à Fulano, y di-
„ go: que anſi es, que el dicho adverſo, en
„ un dia del mes de Mayo proximo paſſado de
„ eſte preſente año de ſetenta y cinco años, fuè
„ à mi caſa, y entrò en una ſala baxa, adon-
„ de yo eſtaba paſſeandome, y echò mano à
„ una daga, y me la puſo à los pechos, y por
„ fuerza y violencia, ſin reſiſtencia alguna, me
„ tomò una bolſa, que tenia ducientos reales,
„ y la llevò robada, en lo qual cometiò grave
„ delicto, è incurriò en la pena del quatro
„ tanto, en la qual ſe incluye el valor de lo
„ que me llevò robado: por que pido à Vmd.
„ que habida mi relacion por verdadera, en
„ quanto baſte, declarando al dicho adverſo
„ por hechor, y perpetrador del dicho delic-
„ to, le condene à que me buelva, y reſtituya
„ la dicha bolſa con los dichos ducientos rea-
„ les, con mas el tres tanto, que ſon ſeiſcien-
„ tos reales: y en lo neceſſario el oficio, &c.
„ y júro, &c.

LIBELLUS IN ACTIONE LEGIS AQUILIÆ.

Iluſtre Señor.

54. „ Fulano, parezco ante Vmd. y pon-
„ go demanda à Fulano, y digo: que aſsi es,
„ que el dicho adverſo diò una cuchillada à
„ Juan mi eſclavo en la cara, que llegò al ojo
„ derecho, y le cortò cuero, y carne, y ſa-
„ cò mucha ſangre, ſin que el dicho mi eſcla-
„ vo hicieſſe, ni dixeſſe coſa alguna, por don-
„ de le huvieſſe de venir mal ni daño: y para
„ curarle le dieron tantos puntos, y eſtà à pi-
„ que de muerte: y en caſo que ſane, que-
„ darà tuerto del dicho ojo, y muy feo: y por
„ razon de la dicha fealdad, y falta de ojo
„ eſtà el dicho adverſo obligado à darme, y
„ pagarme ſeſenta ducados, que el dicho eſ-
„ clavo valdrà menos de lo que valiò treinta
„ dias antes que le hirieſſe: y en caſo que mue-
„ ra, como los Cirujanos entienden, eſtà obli-
„ gado à me pagar cien ducados, que el di-
„ cho eſclavo valia el año proximo paſſado de
„ ſetenta è quatro años, con mas lo que he
„ gaſtado, è gaſtàre en curarle, è lo que he
„ perdido, y perderè de ſu ſervicio, y obras,
„ que proteſto verificar en la proſecucion de
„ eſta cauſa; y aunque el dicho adverſo ha
„ ſido requerido, no lo ha querido hacer ſin
„ pleyto: por que pido à Vmd. que habida mi
„ relacion por verdadera, en quanto baſte,
„ condemne al dicho adverſo à que me dè, y
„ pague todo lo ſuſodicho: y en lo neceſſa-
„ rio, &c. y júro, &c.

EX CAPITE QUINTO.

SUMMARIA.

1 *Actiones vel in ſimplum, vel in duplum, aut triplum, aut quadruplum competunt: & in quo caſu quælibet detur.*

CAPUT QUINTUM.

DE ACTIONIBUS, QUÆ DANTUR in ſimplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum.

Juſtinianus in §. *Omnes*, Inſtit. de *Action.* explicat, quænam quantitas pœnarum, & pro quibus rebus ſtatui, & exigi ſoleat, conſtituendo propriam diviſionem: 1. quæ diviſio eſt quadruplex, quia, ſcilicet, actiones, vel *in ſimplum*, vel *in duplum*, vel *in triplum*, vel *in quadruplum* competunt. In ſimplum datur, *quando rem ipſam perſequimur*, vel *aliquam pœnam ſine aliqua re.* In duplum, triplum, quadruplum datur, *cum præter rem ipſam exigitur aliquid, quod æſtimationem ejuſdem rei excedat duplo, triplo, aut quadruplo.* (*a*) Et de unaquaque earum dicendum erit in cap. de *Action. bonæ fidei*, cum ſuis §§. infra, & ita nunc agendum erit ſolummodo de actione *ex ſtipulatu*, quæ *in ſimplum* datur.

EX §. PRIMO.

SUMMARIA.

1 *Actio ex ſtipulatu in ſimplum datur.*
2 *Stipulationis definitio.*
3 *Obligatio, & actio oritur, attento jure Regio, ex ſola pollicitatione, vel ex quolibet modo, & ſimplici pacto, aut qualibet promiſſione abſque ſolemnitate verborum, & ſtipulatione in actu, & contractu, dummodo animus obligandi quomodocunque appareat.*
4 *Libellus in actione ex ſtipulatu.*

§. PRIMUS.

DE ACTIONE EX STIPULATU.

1. Actio *ex ſtipulatu* datur *in ſimplum*, (*b*) oriturque ex ſtipulatione, 2. *quæ eſt contractus verborum, qui celebratur præcedente interrogatione creditoris, & ſubſequitur in continenti reſponſione debitoris ſuper eadem re, & inter eaſdem perſonas.* (*c*)

3. Hodie verò de *Jure* hujus *Regni*, abſque ſolemnitate verborum, & ſtipulatione in actu & contractu, oritur obligatio, & actio ex ſola pollicitatione, vel ex quolibet modo, & ſimplici pacto, vel ex qualibet promiſſione, dummodo animus obligandi quomodocunque appareat, juxta text. in leg. 3. tit. 8. lib. 3. Ordinam. quæ habetur in leg. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. (*d*) & libellus in ea erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE EX STIPULATU.

Iluſtre Señor.

4. „ Fulano, parezco ante Vmd. y digo:
„ que eſtando juntos yo, y el dicho adverſo,
„ le preguntè, ſi me queria dàr à Sticho, y èl
„ me reſpondiò, que me lo prometia, è por
„ ello quedò obligado à me lo dàr è entre-
„ gar; y aunque por mi ha ſido requerido,
„ que lo cumpla, no lo ha querido hacer: por
„ que pido à Vmd. que habida mi relacion por
„ verdadera en quanto baſte, le condemne à
„ que me dè, y entrégue el dicho Sticho: y
„ en lo neceſſario, &c. y júro, &c.

EX §. SECUNDO.

SUMMARIA.

1 *Actio ſervi corrupti prætoria, directa, & utilis eſt: & datur in duplum adverſus eum, qui dolo malo perſuadendo corrupit animum ſervi alterius, ut deterior fieret.*
2 *Actio ſervi corrupti datur in duplum nomine pœnæ, quanti ſervus, ob id quod corruptus, ſit deterior, & ſit æſtimatio omnium rerum, quas ſervus ſecum abſtulit, & duplicatur.*
3 *Actio ſervi corrupti utilis datur adverſus eum, qui filium, filiamve familias perſuadendo corrupit.*
4 *Actio utilis ſervi corrupti non datur in duplum, ſed ad intereſſe ex affectione patris delato juramento.*
5 *Actio utilis ſervi corrupti non ſolum datur patri, ſed etiam filio, vel filiæ corruptis.*
6 *Libellus in actione ſervi corrupti.*

§. SECUNDUS.

DE ACTIONE IN DUPLUM, & primo de actione ſervi corrupti.

1. Enumerantur quinque actiones, quæ *in duplum* dantur, à Juſtiniano in §. *In duplum*, Inſtit. de *Action.* de quarum quatuor egimus ſupra: (*a*) ac ideo in præſenti ſolum-

(*a*) Et harum actionum exempla ſubjiciuntur in dict. §. *Omnes*, & in §§. ſeqq. in §. *Omnes*, tantum exemplificantur actiones, quæ *in ſimplum* dantur.

(*b*) Ut probatur in §. *Omnes*, Inſtit. de *Action.*

(*c*) Ut in leg. 1. in princ. ff. de *Verb. oblig.* & in leg. 5. §. *Stipulatio*, eod. tit. text. in leg. 1. §. *Verbis*, ff. de *Act. & oblig.* & text. in §. 1. Inſtit. de *Verb. oblig.* & leg. 1. tit. 11. Part. 5. reſolvit Anton. Gom. 2. Tom. Variar. cap. 9. num. 3.

(*d*) Et explicat Anton. Gom. 2. tom. cap. 9. n. 3. & Covar. lib. 1. Variar. cap. 14. n. 13. & Didac. Perez in leg. 3. tit. 8. lib. 3. Ordin. in gloſſ. 1.

(*a*) In cap. 4. in §. de *Action. perſecutor. pœnæ, & rei ſimul.*

ſummodo erit agendum de actione *ſervi corrupti*, quæ prætoria eſt, *directa*, & *utilis*: (*b*) proprie datur *in duplum* adverſus eum, qui dolo malo perſuadendo corrumpit animum ſervi alterius, ut deterior fieret, (*c*) 2. & datur *in duplum* nomine pœnæ, quanti ſervus, ob id quod corruptus, fit deterior, & fit æſtimatio omnium rerum, quas ſervus ſecum abſtulit, & duplicatur. (*d*)

3. *Utilis* vero datur adverſus eum, qui filium, filiamve familias perſuadendo corrupit; 4. & tunc non agitur *ad duplum*, ſed ad intereſſe, ex affectione patris delato jurejurando, (*e*) 5. & nedum datur patri, verum etiam ipſi filio, vel filiæ corruptæ, ut cum aliis reſolvit Jaſſo: (*f*) 6. & libellus in actione formatur modo ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE SERVI *corrupti.*

Iluſtre Señor.

6. „ Fulano, parezco ante Vmd. y me „ querello, y pongo demanda à Fulano, y di„ go: que aſsi es, que teniendo yo un eſcla„ vo, que ſe llama Franciſco, negro atezado, „ de edad de veinte años, de muy buenas coſ„ tumbres, y muy fiel, y ſin tacha alguna, el „ dicho adverſo le perſuadiò, y aconſejò, que „ ſe fueſſe y auſentaſſe de mi caſa, y me lle„ vaſſe hurtado lo que pudieſſe: y por ſu con„ ſejo, y perſuaſiones el dicho eſclavo ſe fuè „ y auſentò de mi caſa, y me llevò de mis „ bienes haſta en quantia de cinquenta duca„ dos, y el dicho adverſo le receptò en ſu ca„ ſa, y le diò favor y ayuda, para hacer lo „ que hizo: en lo qual cometiò delicto, y me „ eſtraxo mi eſclavo, que antes que ſe me „ fueſſe, y llevaſſe hurtado lo que llevò, va„ lia cien ducados, y ahora por haverſeme „ ido y eſtragado, ha perdido de ſu valor cin„ quenta ducados: y por lo ſuſodicho el di„ cho adverſo eſtà obligado à pagarme el dos „ tanto del valor, que el eſclavo ha perdido, „ y de lo que me llevò hurtado: por que à „ Vmd. pido le condemne, à que me pague el „ dicho dos tanto, anſi del valor, que el eſcla„ vo perdiò, que ſon cien ducados, como de „ las coſas que llevò, que ſon otros cien du„ cados: y en lo neceſſario, &c. y júro, &c.

EX §. TERTIO.

SUMMARIA.

1 *Sportulæ erant olim ſalaria præſcripta, quæ ſecundum quantitatem petitam dabantur executoribus judiciorum ante Judicium cœptum.*

2 *Petentes plus olim cadebant à cauſa tota.*

3 *Actio ex lege condictitia, cui, & adverſus quem competat.*

4 *Actio ex lege condictitia datur in triplum, in quo ſimplum continetur.*

5 *Actio ex lege condictitia datur in quadruplum adverſus executores extorquentes aliquid ultra ſportulas debitas.*

6 *Actio ex lege condictitia, non ſolum competit, quando plus re petitur, ſed etiam, quando plus loco, & cauſa petitur.*

7 *Induciæ duplicantur, quando plus tempore petitur, & ceſſat actio legis condictitiæ.*

8 *Petens plus, ſi ante litem conteſtatam pœniteat, excuſatur à pœna actionis ex lege condictitia.*

9 *Libellus in actione ex lege condictitia, quæ adverſus plus debito petentem datur.*

§. TERTIUS.

DE ACTIONIBUS, QUÆ IN TRIPLUM dantur.

Juſtinianus in §. *Tripli*, & in §. *Si quis agens*, cum quinque §§. ſequentibus, Inſt. de *Action.* ponit exempla actionum, quæ *in triplum* dantur, & primò ponit exemplum actionis ex leg. *Condictitia*, in dict. §. *Tripli*: 1. pro cujus cognitione conſtituendum erit, quod olim erant ſalaria præſcripta, quæ *ſportulæ* dicebantur, & ſecundum quantitatem petitam dabantur executoribus judiciorum, ſtatim in ingreſſu litis ante Judicium cœptum: & inde arripiebant anſam actores, ut reis incommodarent, petendo plus debito, ut ſic viatores, & executores acciperent ſuas ſportulas juxta quantitatem petitam, & non juxta id, quod vere debebatur: ac ideo Juſtinianus, ut obviaretur huic improbitati, ſtatuit pœna *in triplum* adverſus actores plus debito petentes, (*a*) & *in quadruplum* adverſus executores extor-

(*b*) Ut leg. *Ut tantum* in princ. ff. de *Servo corrupt.*
(*c*) Ut probat text. in dict. §. *In duplum*, & text. in leg. 1. ff. de *Servo corrupt.*
(*d*) Ut probat text. dict. §. *In duplum*, & in leg. *In hoc judicio*, ff. de *Servo corrupt.*
(*e*) Ut in dict. leg. *Ut autem* in princip. & notat gloſ. in dict. §. *In duplum*, verb. *Æſtimatio.*
(*f*) In §. *Omnes*, Inſtit. de *Action.* n. 21. Miſing. num. 5. dict. §. *In duplum.*
(*a*) In dict. §. *Tripli.*

torquentes aliquid ultra ſportulas debitas: (*b*) 2. olim enim plus petentes cadebant à cauſa tota, (*c*) 3. & iſta actio *ex lege condictitia* competit ei, qui damnum paſſus eſt adverſus actorem, qui per fraudem plus debito petiit: 4. & datur in triplum, in quo ſimplum continetur. (*d*)

5. Et adverſus executores extorquentes aliquid ultra ſportulas debitas, datur in quadruplum; (*e*) 6. & nedum actio iſta competit, quando quid plus re petatur, verum etiam quando plus loco, & cauſa petatur: (*f*) de *Jure* tamen *Regio* petens plus re condemnatur in expenſis à reo factis, plus loco, & cauſa petens punitur pœna tripli; petens vero plus tempore punitur pœna duplicati temporis, ita probat text. in leg. 43. & 45. tit. 3. Part. 3. (*g*) Ego vero prædictas leges Regias intelligerem, quod ſi plus repeteretur abſque dolo, & fraude actoris, tunc ſi in probatione quantitatis petitæ actor deficeret, puniretur in expenſis tantum, & in hac ſpecie accipio text. in dict. leg. 43. ſi vero plus loco, vel cauſa peteretur fraudulenter & doloſè, tunc actor puniretur in triplum damni cauſati, & in iſto caſu intelligo textus in dict. leg. 45. ſi dolus, & fraus abeſſent, ceſſaret pœna illius leg. nam etiam in §. *Tripli* iſte dolus conſideratur.

7. Quando verò plus tempore aliquid petatur, *id eſt*, ante tempus, tunc induciæ duplicantur, ut probatur in dict. juribus, & ceſſat iſta actio *ex lege condictitia*; 8. poſſet tamen plus petens à pœna hujus actionis excuſari, ſi ante litem conteſtatam pœnituerit, ut firmat Gloſſa: (*h*) quæ omnia conducunt deciſioni text. in leg. 7. & 8. tit. 21. lib. 4. Recop. ut notat Didac. Perez: (*i*) & libellus in hac actione erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE EX LEGE *condictitia, quæ adverſus plus debito petentem datur.*

Iluſtre Señor.

9. „ Fulano, vecino de tal Lugar, pa„ rezco ante Vmd. y me querello, y pongo „ demanda à Fulano, y digo: que aſsi es, que „ el dicho adverſo con dolo, por me hacer „ vejacion y moleſtia, me puſo demanda ante „ Vmd. por dos mil ducados, que dixo le de„ bia de un alcance de cuentas, que entre èl, „ y mi ſe hicieron, no le debiendo en realidad „ de verdad mas de tan ſolamente mil duca„ dos, porque los demàs le tenia pagados, y „ de ellos me tiene dadas cartas de pago, „ como conſta por dos eſcrituras, que de lo „ ſobredicho otorgò ante Fulano, Eſcribano „ público del Numero de eſta Ciudad, de las „ quales hago preſentacion con el juramen„ to, y ſolemnidad neceſſaria, &c. la qual de„ manda ha proſeguido y proſigue haſta el „ punto, y eſtado en que eſtà el proceſſo de „ la cauſa: por lo qual ſe me ſiguieron de „ daño cien ducados, y èl cayò è incurriò „ en pena de quatrocientos, que es el tres „ tanto del daño, por cauſa de la demaſia quo „ me pidio: por que pido à Vmd. que habida „ mi relacion por verdadera, en la parte que „ baſte, del ſobredicho me haga entero cum„ plimiento de juſticia, y por ſu ſentencia, „ que en tal caſo lugar haya, le condemne „ en los dichos quattrocientos ducados de pena, „ en que incurriò, mandandole, que me los „ dè y pague, pues conforme à derecho lo „ he de haber: y aſsi condenado à ello, le com„ pela, y apremie por todo rigor, y remedio „ de derecho: ſobre que pido juſticia, y coſ„ tas, y el oficio de Vmd. imploro, y juro, „ &c.

EX §. QUARTO.

SUMMARIA.

1 *Actio quod metus cauſa eſt perſonalis in rem ſcripta: & cui competat.*

2 *Actio quod metus cauſa intra annum in quadruplum, data contumacia, & poſt annum in ſimplum datur.*

3 *Actio quod metus cauſa in quadruplum datur adverſus eum, qui juſſu Judicis rem metu extortam non reſtituit actori.*

4 *Actio quod metus cauſa ut competere poſsit, quæ requirantur.*

5 *Metus cadens in conſtantem virum requiritur, ut actio quod metus cauſa competat.*

6 *Metus reverentialis patris, vel mariti non dicitur juſtus, ut actum annullet, niſi minæ præceſſerint ab eo, qui ſolitus ſit eas ponere in*

(*b*) In §. *Item ex lege.*
(*c*) Ut probat text. in §. *Si quis*, Inſtit. de *Action.*
(*d*) Ut probat text. dict. §. *Tripli.*
(*e*) Ut in dict. §. *Item ex lege*, Inſtit. de *Action.*
(*f*) Ut in dict. §. *Tripli*, & in §. *Plus autem*, cum aliquibus, §§. ſeqq. Inſtit. de *Action.* & in cap. unic. Extra de *Plus petition.*
(*g*) Et ibi notat Gregor. Lup.
(*h*) 1. recepta communiter in dict. cap. unic. & notat Jaſ. in dict. §. *Tripli*, n. 24.
(*i*) In leg. 21. tit. 14. lib. 2. Ordin.

in executione.

7 *Actio* quod metus cauſa *ut competat, requiritur, quod reſtituere debens ſit in contumacia, ex eo quod juſſus à Judice rem reſtituere, eam non reſtituit.*

8 *Actio* quod metus cauſa *ex prima parte, & ſecunda edicti quomodo competat.*

9 *Libellus in actione* quod metus cauſa.

§. QUARTUS.

DE ACTIONE, QUÆ IN QUADRUPLUM, datur, & primo de actione *quod metus cauſa.*

JUſtinianus in §. *Quadrupli*, Inſtit. de *Action.* poſuit exempla actionum, quæ *in quadruplum* dantur, nempe actionis *furti manifeſti*, de qua ſupra egimus; (*a*) item actionis *quod metus cauſa*, & actionis *de calumniatoribus*, & actionis, quæ datur adverſus executores litium extorquentes aliquid ultra ſportulas debitas. Et de hac ultima actione tetigimus in §. præcedenti.

1. In præſenti tamen agendum erit de actione *quod metus cauſa*, quæ perſonalis eſt *in rem ſcripta* à Prætore, competitque ei, qui per metum cadentem in conſtantem virum compulſus eſt ad alienandum, vel dandum aliquid, ad hoc ut ſibi res reſtituatur: 2. & data contumacia, intra annum *in quadruplum* condemnetur, & poſt annum *in ſimplum.* (*b*) 3. Ex quibus conſtat, hanc actionem *in quadruplum* dari adverſus eum, qui Judicis juſſu rem ipſam actori non reſtituit, eamque pœnam reſtituentem evitare. (*c*)

4. Et ad hoc ut iſta actio competat, requiruntur ſequentia: 5. primò, quod actus geſtus fuerit per metum cadentem in conſtantem virum vel mulierem, referendo ſingula ſingulis: (*d*) & quis dicatur juſtus metus, declarant Jaſſo, (*e*) & D. Anton. de Padilla: (*f*) 6. Et an metus reverentialis patris, vel mariti dicatur juſtus metus, & annullet actum, tradit Gloſſa, (*g*) quæ reſolvit, talem metum reverentialem ſufficientem eſſe ad annullandum actum; ſed contraria ſententia vera, & communis eſt, ſecundum Panormitanum, (*h*) Anton. Gomez, (*i*) & Covarruviam, (*j*) & plures alios, quos refert, & ſequitur Joann. Gutierrez: (*k*) qui omnes prædictam gloſſam intelligunt procedere, quando minæ præceſſerunt, & qui illas fecit, ſolitus eſſet ponere minas in executione.

7. Secundo requiritur, quod reſtituere debens fuerit in contumacia, ut puta, quia juſſus à Judice rem reſtituere illam non reſtituit: (*l*) 8. nam ex 1. part. Edicti Prætoris *quod metus cauſa* datur remedium ad reſcindendum actum metu geſtum, & ad reſtituendam rem metu alienatam: (*m*) & ita actor prius ex illo remedio petere debet, *actum metu geſtum reſcindi, & rem ſibi reſtitui*; & ſi intra tempus à Judice datum res non fuerit actori reſtituta, tunc ex ſecunda parte Edicti Prætoris, ſcilicet, *quod metus cauſa*, datur intra annum actio *in quadruplum*, & poſt annum *in ſimplum*, (*n*) & utraque actio in libello intentari poterit modo ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE, *quod metus cauſa.*

Iluſtre Señor.

9. ,, Fulano, vecino de tal Lugar, parezco ante Vmd. y me querello, y pongo demanda à Fulano, y contando el caſo de ella, digo: que yo hice donacion al dicho adverſo de un caballo vayo, cabos negros, de edad de cinco años, que à ſu juſta, y comun eſtimacion vale ducientos ducados, la qual donacion le hice contra mi voluntad por fuerza, y miedo juſto, tal, que en qualquier varon conſtante pudiera caer, que el dicho adverſo me hizo, para que le hicieſſe la dicha donacion, diciendo, que ſi no la hacia, me mataria, y para ello puſo mano à un puñal, è lo ſacò, y puſo à mis pechos; y haviendome aſsi atemorizado, è conſiderando que es hombre que ſuele, y acoſtumbra poner en execucion ſus amenazas, le hice la donacion del dicho caballo, è ſe lo entreguè: por lo qual eſtà obligado à me bolver, y reſtituìr el dicho caballo, que le donè; y aunque por mì ha ſido requerido que me lo buelva, è reſtituya, no lo ha querido, ni quiere hacer ſin pleyto: por que pido à Vmd. que habida mi relacion por verdadera, en la parte que baſte, por ſu ſentencia, que en tal caſo lugar haya, pronuncie la dicha donacion ſer ninguna, y dandola por tal, y por la meſma ſentencia condemne al dicho adverſo à que me dè, buelva, y reſtituya dentro de un breve termino el dicho caballo, y en caſo que dentro del dicho termino no me lo entregáre, y reſtituyere, que me dè y pague ochocientos ducados por la rebeldìa, en que eſtuviere de no me lo bolver, y reſtituìr dentro del termino, que por Vmd. le fuere ſeñalado: y ſobre que pido juſticia, y coſtas, y el oficio de Vmd. imploro, y juro, &c.

(*a*) In cap. 4. §. de *Actionibus perſecutoriis pœnæ, & rei ſimul* in verſ. Et in primis ſupradictis ſic conſtitutis, &c.

(*b*) Ut probatur in dict. §. *Quadrupli*, juncto, §. *Item actio*, Inſtit. de *Action.* & in leg. *Si cum exceptione*, §. 1. & §. *Poſt annum*, & in §. *In hac actione* in fin. & in §. *Hac autem*, ff. de *Eo, quod metus cauſa.*

(*c*) Ut latè explicant Jaſ. in dict. §. *Quadrupli* à n. 47. & Miſing. à n. 1.

(*d*) Ut probatur in leg. *Inter poſitas*, Cod. de *Tranſact.* & in cap. *Cum locum*, de *Sponſal.*

(*e*) In dict. §. *Tripli*, Alex.

(*f*) In dict. leg. *Inter poſitas*, & text. in leg. 7. tit. 33. Part. 7. & leg. 7. tit. 12. lib. 3. Fori.

(*g*) In leg. 1. §. *Quæ oneranda*, verb. *Metu*, ff. *Quar. rerum action. non detur.*

(*h*) In cap. *Cum contingat* in princ. & ibi Alciat. n. 1. & 2.

(*i*) 2. tom. Variar. cap. 14. num. 27. Georg. Natam in cap. *Quamvis pactum*, de *Pact.* lib. 6. & Bernard. Diaz in reg. 532.

(*j*) In 4. de *Sponſ.* 2. part. cap. 3. §. 6. n. 4.

(*k*) De Juramento confirmat. 1. part. cap. 1. n. 15.

(*l*) Ut probatur in dict. leg. *Si cum exceptione*, §. 1. & §. *In hac actione* in fin. & in §. *Hac autem.*

(*m*) Ut probatur in leg. 1. ff. de *Eo, quod metus cauſa.*

(*n*) Ut probat text. in dict. leg. *Si cum exceptione*, §. 1. & in §. *Poſt annum.*

EX §. QUINTO.

SUMMARIA.

1 *ACtio de calumniatoribus eſt perſonalis, & cui competat.*

2 *Actio de calumniatoribus intra annum in quadruplum, & poſt annum in ſimplum datur.*

3 *Calumniator non ſolum actione, de calumniatoribus, ſed etiam condictione, ob turpem cauſam poteſt conveniri.*

4 *Libellus in actione de calumniatoribus.*

§. QUINTUS.

DE ACTIONE CONTRA calumniatores.

1. ACtio de *calumniatoribus* perſonalis eſt, conceditur que adverſus eum, qui pecuniam accepit, ut innocenti in judicio per calumniam negotium faceret, vel non faceret: 2. & intra annum datur *in quadruplum*, & poſt annum *in ſimplum*: (*a*) 3. & nedum iſta actio datur contra calumniatorem, verum etiam condictio *ob turpem cauſam*; (*b*) quinimo adverſus eum criminaliter poterit agi. (*c*) Et libellus in hac actione erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLUS IN ACTIONE *de calumniatoribus.*

Iluſtre Señor.

4. ,, Fulano, parezco ante Vmd. y pongo demanda à Fulano, y digo: que es aſsi, que el dicho adverſo recibiò ducientos ducados de Fulano, porque en un pleyto que traìa conmigo, en el qual el dicho adverſo era mi Procurador, dexaſſe de hacer lo que à mi derecho tocaba, que fueron tales y tales diligencias, y anſi por ſu culpa y cauſa yo fuì condemnado, è ſe me ſiguiò de daño, è intereſſe dos mil ducados, por lo qual el dicho adverſo eſtà obligado à me los dàr, y pagar con el tres tanto conforme à derecho: por que pido à Vmd. que habida mi relacion por verdadera, en la parte que baſte, del dicho adverſo me haga entero cumplimiento de juſticia, y por ſu ſentencia, que en tal caſo lugar haya, condene al dicho adverſo à que me dè, y pague el dicho daño, è intereſſe, que eſtimo en los dichos dos mil ducados, con mas el tres tanto, y à ello le compela, y apremie por todo rigor, y remedio de derecho: ſobre que pido juſticia, y coſtas, y el oficio de Vmd. imploro, y juro, &c.

EX CAPITE SEXTO.

SUMMARIA.

1 *ACtiones quædam ſunt bonæ fidei, quædam ſtricti juris.*

2 *Fides bona varias habet acceptiones.*

3 *Fides bona in quolibet contractu requiritur.*

4 *Bona fides pro bono & æquo multoties uſurpatur.*

5 *Judex liberam habet poteſtatem judicandi in actionibus bonæ fidei, quod juſtum & æquum ſibi viſum fuerit.*

6 *Actiones ſtricti juris quare ſic appellatæ fuerint, & num. 9.*

7 *Actiones bonæ fidei quare ſic appellentur.*

8 *Judex non habet tam amplam poteſtatem interpretandi, & judicandi ex bono & æquo in actionibus ſtricti juris, ſicut in bonæ fidei actionibus.*

9 *Actio ſtricti juris quare ſic appellata ſit.*

Ac-

(*a*) Ut probatur in §. *Quadrupli*, junct. gloſ. verb. *Deque ea*, Inſtit. de *Action.* & in leg. 1. & 2. & in leg. *In hæredem*, ff. de *Calumniator.*

(*b*) Juxta text. in dict. leg. *In hæredem*, §. fin.

(*c*) Ut probat text. in leg. fin. Cod. de *Calumniat.* & latè explicant Jaſ. n. 79. & Miſing. n. 27. in dict. §. *Quadrupli.*